


4557 fragmenta complura tabulae marmoreae marginatae, cr. 0,025-0,03. Fragmenta *b c d* sine ullo dubio partes unius et eiusdem tabulae sunt, fragmentum *a* adiungendum esse mihi videbatur. Praeterea etiam fragmentum infra n. 4745 huc pertinere posse mihi videbatur; sed obstant, quae supersunt in fragmento *d*. Fragmentum *b* ipsum quoque in duas partes fractum est, quarum inferiorem vidi *casone del sale* (*ufficio degli scavi*); cetera omnia sunt in horreis Epagathianis. Composui in re praesenti.



Descripsi ad lapidem, contuli (exceptis fragmento *a* et parte inferiore fragmenti *b*) ad ectypum. *a* Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 404 n. 55, *b c* id. *ibid.* p. 400 n. 50.

Agitur de dedicatione collegio cuidam oblata, quam ob dedicationem, ut fieri solebat, pecunia inter sodales divisa, epulum datum, arcae collegii summa quaedam illata est. Nomen eius, qui dedicavit et cetera beneficia addidit, periit; dedicavisse videtur imagines et alias et viri cuiusdam clarissimi fortasse patroni collegii. — *a*: fortasse [*pra*]ediorum, v. infra ad *b. c* v. 3. — *b* 2 et aliut (fortasse *signum*, sc. *dedicavit*) *au*[reum? *au*]ratum? — *c* 3 in. ante τ vidi vestigium litterae, potest fuisse *A* vel *R*. — fin. post *A* vestigium hastae perpendicularis, ut videtur. — *b* 7 fin. vestigium litterae *O* haud plane certum. — Fragmentum *d* utrum supra an infra fragmenta *b c* ponendum sit, dubius sum. — *d* 1 [*c*]os.? — 3 potest fuisse *-ulus*. — 4 videtur esse *i* longa, *i*.

b + c vv. 3 sqq. supplendi videntur esse sic fere: et *Prast*[inae *Paca*]ti *c*(larissimi) *v*(iri), item *A*[- - - et] *Anteroti*[s *libertor*]um eius, quoru[m] *d*edicatio]ne dedit *si*[ngulis] qui in eo *collegi*[o sunt - - -] et epulum; [*hoc amplius arcae insu*[per *intu*]lit ex suo [- - - num]mos. — 3 fortasse *C. Prastina Pacatus Messalinus* cos. ord. a. 447 (*PIR* III 93, 686). Quodsi *praedia Prastinae Pacati* commemorantur in tegulis *C. XV 2189*, ex quibus una reperta est in Portu Augusti, nescio an in hac de qua agimus inscriptione cogitari possit de collegio servorum vel colonorum, qui illa praedia (cf. frg. *a*) colebant. — 5 fin. indicata erat summa viritim divisa. — 6 fin. supplemento quod proposui spatium haud expleri videtur. — Omnino cf. ad elocutionem *C. IX 5177. VI 9254. Dessau Inscr. Lat. sel. III p. 908 sqq. Waltzing Ét. sur les corp. prof. IV 666 sqq.*

4558 tabulae marmoreae cr. ca. 0,033 fragmenta quinque, a. 0,45, l. 0,375; litt. a. 0,02-0,025.

Rep. (pars infima) negli edifici privati presso il gran tempio. Servantur sub templo magno in repositis.




Descripsi ad lapidem (fragmentum versus 7-9 continens vidi imminutum), contuli ad ectypum. Edid. Calza partem infimam (v. 7-9) *Not. d. sc.* 1919 p. 75, fragmenta omnia *ibidem* 1927 p. 423 n. 146.

Inscriptio etiam superne integra videtur esse; ductu litterarum similis est inscriptioni a cultoribus Larum imperatorum a. 205 positae (infra n. 4570). — Agitur puto de beneficio aliquo ordini Augustalium (v. 5) adnuente ordine decurionum (v. 2) et permissu patroni et curatoris

coloniae (v. 8) oblato; conferri potest inscriptio Caeretana *C. XI 3614* = *Dessau 5918 a*. Is qui obtulit videtur commemoratus fuisse in v. 4, ubi fortasse supplendum est [*sevir Aug. de*]creto *decur. per*[petuus] (cf. *Dessau Inscr. Lat. sel. III p. 707*); neque obstat quod Ostiae *seviri Augustales d. d. perpetui* adhuc non inveniuntur, potest enim ille tali honore in alio oppido functus esse, oppidi mentio autem perisse; ceterum cf. *quinquennales d. d. ordinis Augustalium Ostiensis* qui recensentur infra n. 4562. — 1 *Tuccius* videtur esse unus ex duoviris, quibus praesidentibus decuriones de illo beneficio probando consuluerunt. — 2 fortasse *ordine d*[ecurionum *corrogato*] vel similiter. — 3 fin. hasta videtur perpendicularis esse; potest autem fuisse etiam *M*. — De hoc versu supplendo despero; fortasse illud beneficium pertinuit ad aliquod templum amplificandum. — 5 fortasse [*seviris Augu*]stabilibus *c*[oloniae], sed nescio an non vocabulum [*O*]stiensis v. 6 huc spectare possit. — 6 fin. littera fracta potest fuisse *T*, *I*, *P*, *R*. — 7 in. [*? su*]b die etc., videtur indicatus fuisse dies quo illud beneficium ab ordine vel a curatore coloniae probatum erat. — inter 7 et 8 in.: quid sit nescio. — 8 cognomen patroni finit in *-a*; suppleverim [*permissu* - - -]ae etc. (*Lucillii Gamalae* [supra n. 375. 376 et add. p. 645] curatores coloniae fuisse non possunt). — 9 in. videtur fuisse participium quod respondebat alteri *accipiente*.

4559 cippus marmoreus, postea pro parte epistylly magni adhibitus (1,48 × 0,69 × 0,74). Servata est inscriptio lateris; litterae corrosae, a. 0,023-0,03. Rep. *decumano, nel tratto tra la via dei molini e il gran tempio*; est *ibidem*.



Descripsi. *Vaglieri Not. d. sc.* 1913 p. 299.

1 supplevit *Vaglieri*. — 5 //ROGATIONE-E· IVLIO *Vaglieri*. Ante (vix post) *ROGATIONE* potest aliquid scriptum fuisse. Subesse videtur cognomen (nomin. *Erogatio* proponit *Dessau* dubitans).

Inscriptionem similem habemus supra n. 461, quam ad Augustales pertinere suo iure coniecit *Dessau*; suspicor hanc novam eodem spectare. Vv. 4. 5 nominari mihi videntur *quinquennales primi*, vv. 7. 8 curatores; cf. titulos qui sequuntur.